



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

7 De appellatione, an & quando in crimine hæresis interponi, & admitti
possit?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

- 3 Probabilis est dandas esse.
- 4 Reo concedenda est iudiciorum, & probationum aduersantium copia.
- 5 Dandus est reo aduocatus.
- 6 Reo inquisito minori 25. annis, dandus est curator.
- 7 Quod si minor habeat patrem, debeat ne pater curatoris officium subire; probabilis credo non posse.

Nemini potest esse dubium defensiones, exceptionesq; legitimas, & tempus aptum ad illas probandas esse reo concedendum; quia hoc iuri naturali debetur. colligitur ex Clement. pastoralis §. ceterum, de sentent. & re iudic. & Clem. §. de verborum signifi. vi. v. & ibi communiter Doctores, ff. de iust. & iur. sic multis rebus docent Pegna 3. part. direct. comm. 28. vers. ac defensiones iuris. Simanc. cathol. inf. tit. 17. n. 53. Calder. tract. de hereticis rubr. de materia processuum. n. 3. Rollus tit. de hereticis. n. 9. vers. nec etiam defensio. Fatimacius q. 185. n. 10. Quod adeo verum est, vt reo non perenti debeant supra dictae defensiones ex officio iudicis concedi iuxta textum in l. si non defendantur. ff. de poen. & ant. qui semel. C. quomodo. & quando iudex. Ratio est: nam iudex ex officio tenetur rei defensiones querere, eo quod teneatur veritatem investigare; sed nulla alia via aprior ad veritatem euincendam esse potest, quam concessio defensionum iure debeat. Ergo, & ita tradit alios referens Fatimacius lib. 1. praxi. tit. 5. q. 39. d. 97. & in crimine heresis q. 185. n. 11.

Dubium tamen est, an reo confesso, vel convicto dandae sint hae defensiones, tum ante sententiam, tum post sententiam. Ratio dubitandi est primo, quia defensio conceditur, cum delictum defendi potest. At si reus convictus de delicto est propria confessione, vel testibus, delictum defendi non potest, non ergo debet illi defensio concedi. Secundo in notoriis & omnino manifestis non dantur defensiones; sed nihil est magis notorium, aut manifestum, quam id quod testibus, aut propria confessione rei in iudicio est probatum. Item in crimine heresis ex sola confessione propria potest iudex ad condemnationem procedere, quia est crimen in animo exiens, ac proinde sola confessione iustificat probationem; vt ex Baldo, Felino, & aliis tradit Pegna direct. 3. part. comment. c. 28. n. 117. vers. & quamquam. Quod locus est in aliis criminibus, in quibus non sufficit sola delinquentis confessio, nisi de corpore delicti constat, ex l. §. item illud ff. ad senatus. cons. Syllanian. ergo reo confiteo delictum superflua est omnis defensio; cum nulla sit, quae validam hanc probationem informare possit. & ita tradit Carrer. tract. de heret. n. 191. Vmbert. Locat. in judicial. inquisit. verbo defensiones. n. 1. vers. 1. Campes in addit. ad Zanch. tr. de heret. cap. 9. vers. iudiciorum vero copiam. Elymer. direct. 3. p. n. 117. in prin. fauet Pegna com. 28. vers. his ergo.

Nihilominus probabilis censetur dandas esse reo defensiones, siue delictum confessus sit, siue testibus probatum; sic docet pegna supra dicto loco, motus ea congruentia, ne delinquens viro tempore conueniret se iniuste damnatum esse. Item quia multa opponi possunt aduersus propriam confessionem, & a fortiori aduersus testium probationem. Quis enim non videat opponi posse timore esse factam. Ergo non obstante propria confessione, & testium probatione dandae sunt reo defensiones; sicut Fatim. q. 185. n. 13. Extendenda tamen est haec doctrina non solum ante sententiam, sed etiam post illam, quia sententia haec non transe in iudicatum, sed reuocabilis est. Ergo ex hac parte procedere demus, ac si data non fuisset.

Ex his si primo reo concedendam esse iudiciorum, & probationum aduersantium copiam, tacitis nominibus deponentium alius non valebit se defendere, cum praecipua defensio consistat in purgandis contrariis iudicis, & depositionibus contrariorum infirmantibus. Sic Simanc. in enchirid. tit. 35. rub. de testib. num. 12. Zanch. tract. de heret. cap. 9. n. 6. Pegna 3. part. comment. 110. ff. n. vers. hae exploratum est. Fatim. q. 39. n. 154. & q. 185. n. 212. & iij. apud ipsos.

Secundo sit, reo dandum esse Aduocatum, seu Aduocatum, seu iuris peritum, & fidei zelatorem, & nullo modo de legitime suspectum, non enim debet esse haereticus, nec de haereticis diffamatus, ex text. in excommunicamus. 1. de hereticis §. credentes, imo potius oportet, vt ab originariis Christianis situm ducatur, ne ob insectum sanguinem infideliter officium suum exequatur. Hunc autem Aduocatum dandum esse inquisitione de heretico, non tamen confessis, & obiectis, & vtus probat, & ipsa ratio naturalis suadet; cum reus saepe vel ob imperitiam, vel ob afflictionem carceris ignoret modum se defendendi. Officium huius aduocati, qui in praesentia Inquisitoris patrocinari reo debet, est perit adere reo, vt haereticum fateatur (si forte commisit), & praesentiam expoluit, & quidquid reus responderit, fidei manifeste habet optime tradit Pegna 3. part. direct. n. 117. de aduocatis. n. 3. & 4. & in enchirid. tit. 42. rub. de Aduocatis n. 2. Vmbert. Loc. verbo aduocatus. n. 1. & verbo defensiones. Fatim. q. 197. n. 77. Neque aduersus hanc obstat textus in cap. fin. de hereticis in 6. vbi conceditur Inquisitoribus, vt in causis fidei adque Aduocatum, & iudicium strepitu, & figura procedere possint. Quia procedere possunt absque Aduocatis, dum illorum officium non reputatur defensionem rei necessarium, & caeque de causa non datur inquisitio de haereticis Aduocatus, quosque ter moniti ab Inquisitoribus de veritate dicenda negant crimen obiectum: tum inquam, propter suspicionem; & dubium ex negatione proveniens, quod crimen obiectum verum non sit datur illis Aduocatus. Vnde si manifeste constiterit inquisitum haereticum esse, nullus Aduocatus eius patrocinium subire poterit, quia esset haereticorum fautor, & defensor, & perpetua infamia subiaceret, ex text. in cap. si aduersus, de hereticis. sic Doctores supra relati. Vide Fatimacium supra n. 72. Quod dictum est de Aduocato, dicendum esset de procuratore, si ad rei defensionem necessarium existimeretur. At ratio, vel nunquam necessarius est, tum quia Aduocatus eius vires supplet tum quia ipsimet Inquisitores procurant, reum defendere, si capax est defensionis, & ibi Pegna in supra dict. comment. 128. vers. & procurator, nota ex Madriliana instructione cap. 35. procuratorem his reis assignari non esse vsu, nisi in aliquo casu vrgentis necessitatis arbitrio Inquisitorum.

re possint. Quia procedere possunt absque Aduocatis, dum illorum officium non reputatur defensionem rei necessarium, & caeque de causa non datur inquisitio de haereticis Aduocatus, quosque ter moniti ab Inquisitoribus de veritate dicenda negant crimen obiectum: tum inquam, propter suspicionem; & dubium ex negatione proveniens, quod crimen obiectum verum non sit datur illis Aduocatus. Vnde si manifeste constiterit inquisitum haereticum esse, nullus Aduocatus eius patrocinium subire poterit, quia esset haereticorum fautor, & defensor, & perpetua infamia subiaceret, ex text. in cap. si aduersus, de hereticis. sic Doctores supra relati. Vide Fatimacium supra n. 72. Quod dictum est de Aduocato, dicendum esset de procuratore, si ad rei defensionem necessarium existimeretur. At ratio, vel nunquam necessarius est, tum quia Aduocatus eius vires supplet tum quia ipsimet Inquisitores procurant, reum defendere, si capax est defensionis, & ibi Pegna in supra dict. comment. 128. vers. & procurator, nota ex Madriliana instructione cap. 35. procuratorem his reis assignari non esse vsu, nisi in aliquo casu vrgentis necessitatis arbitrio Inquisitorum.

Fit tertio, reo inquisito minori 25. annis dandum esse curatorem, vt eius autoritate accusationi respondeat, ex textu expresso in l. clarum. C. de author. praestanda, & ibi notat glossa, Salicet. Angel. & omnes. Alia responsio minoris facta absque hac solemnitate etiam in criminibus haereticis, nullius erit momenti, ac proinde ex illa neque absoluit, nec condemnari poterit: si relati Math. de Afflictis dec. 208. & Anton. Gomez tom. 5. var. cap. 1. de delictis, cap. 64. & 65. in fine. Alexand. consil. 115. & Carne consil. 198. lib. 4. tradit Pegna direct. 3. part. comment. 28. num. 117. vers. hoc tamen non omittam. Officium curatoris est sua autoritate, & praesentia personam inquisiti legitime ad respondendum. Quapropter interponit suam autoritatem super hoc articulo, an scilicet interrogandus sit? Item an praestare debeat iuramentum de veritate dicenda: non tamen necessarium est, imo nec conueniens praesentem esse, quando inquisitus super facto proprio responderet, quia secundum propriam notitiam, non aliunde subministratam respondere debet, & ita aliis rebus probat Anton. Gomez num. 65. in medio.

Quod si minor inquisitus patrem habeat, ad ipsum specialiter, non pertinet tale officium, quia pater in litibus, & causis criminalibus filij non est administrator, vt ex Bart. in l. fin. §. pupillus ff. de verb. obligat. Baldo in l. cum oportet §. cum tectus in fine. C. de bonis quae liberis tradit Gomez tom. 3. var. cap. 1. n. 64. Sed an possit pater ab Inquisitoribus spectato rigore iuris in curatorem filij nominari, affirmat Anton. Gomez ibi, generaliter loquens. At credo nullo modo nominandum esse, quia regulariter est suspectus, vt potius filio, quam fidei, & religioni faueat, & ita vidi praticari.

PUNCTVM VII.

De appellatione, an, & quando in crimine heresis interponi, & admitti possit.

- 1 Appellatio heresis denegatur.
- 2 Concedenda tamen est haereticis, quando ex praesumptione iuris haereticus condemnatur.
- 3 Haereticus condemnato via querela, & supplicationis licet Principem adire, tamen si alius contrarium placeat.
- 4 Appellatio conceditur a sententia interlocutoria, tamen si a sententia declaratoria heresis non concedatur.
- 5 A sententia seu decreto tortura datur appellatio.
- 6 Explicatur ad quem est appellandum in his sententiis interlocutoria.
- 7 Inquisitor interposita appellatione procedere potest aduersus appellatorem, si ex alia noua causa denunciatus sit.

Regula generalis est beneficium appellationis haereticis, & eorum fautoribus denegari, ex text. expresso, in cap. vt inquisitionis, de hereticis in 6. ibi, cum tam secundum ordinationem praedecessorum nostrorum, quam secundum legem imperialem, appellationis, & proclamationis beneficium expresse sit haereticis, & credentibus, ac eorum receptatoribus, fautoribus, & defensoribus interdictum. Ratio huius est, quia appellatio introducta est, ne innocentes grauentur, cap. ad nostram, de hereticis. At haereticus in causa haereticis innocentes non sunt; sed potius nocentes toti Ecclesiae. Non ergo debet eis appellatio concedi. Ex qua ratione fit, vt appellatio haereticis denegetur, debere ipsos, vt tales ab Ecclesia reputari. Quod fieri, non potest, quovisque sententia declaratoria criminis succedat; illa tamen facta iam sunt manifesti haereticus, quibus ne leuis detur suspicio, quod Ecclesia fauere velit omnino: denegat eis, postquam sic sunt declarati, beneficium appellationis ita Doctores omnes, quos in re clara libens omitto.

Hinc

DE
VST
AL
TON

Hinc fit pronuntiata sententia diffinitiva aduersus haereticum posse statim executioni mandari, nec opus esse expectare terminum decem dierum a iure concessum ad appellandum, cum appellatio esse non possit. Vnde dicitur. *Locat. in iud. inquis. verbo appellare. & in verbo sent. n. 3. Rojas sing. 179 n. 2. Dec. er. crim. lib. 5. cap. 20. n. 26. & cap. 58. n. 1. Paramus de origine sanctae Inqui. lib. 3. q. 4. rubr. de expeditione processus in causis fidei n. 58.*

2. Sed quid si haereticus declaratur talis, non ob propriam confessionem, aut restium manifestam probationem, sed ex praesumptione iuris, quia in contumaciam damnatus est, vel quia seipsum occidit ante causam finitam, vel alia via ex qua ius praesumit deictum.

Respondeo ex rationabili causa interponi posse ab haeredibus appellationem, debereque superiorem illi deferre, quia aliqua dubitatio est, an haereticus sit, & locus esse potest defensionis. sic Simanc. *de cath. inst. tit. 6. n. 7. & 8. & in enchirid. tit. 65. rubr. de appell. n. 6. Decian. tr. crim. lib. 5. c. 58. n. 4. Fatim. q. 185. n. 230.*

3. Dubium tamen est, an haereticus sic condemnato liceat Principem superiorem adire via quaerela, & supplicationis, vt sententia data quam iniuste esse praetendit, reuocetur, & annullentur. Negat Simanc. *cath. inst. tit. 6. rubr. de appell. n. 2. Carr. tr. de haer. n. 130.* Ratio esse potest primo, quia indignus est beneficio Ecclesiastico, qui iam ab Ecclesia est inimicus declaratus. Secundo, quia in sententia de crimine lata non admittitur supplicatio ad demonstrandum errorem, sed solum ad gratiam, & remissionem impetrandam a Principe, imo neque haec supplicatio in crimine laeae maiestatis admittitur, vt videtur lancium in *l. quisquis. §. denique. ibi. sine venia. Cod. ad leg. Iuliam maiest. & probat Rebuff. *comm. ad const. regis Gallia. tom. 1. tr. de suppl. in praefat. n. 71. Men. de arbir. q. 70. n. 44.* At credo contrarium esse probabilis, primo, quia interdicta appellatione non censetur recursum ad Principem interdictum in causis grauis praedicti, vt late probat Roland. *conf. 94. n. 1. & seq. lib. 1. Men. de arbir. q. 70. n. 18.* Secundo superior iudex non prohibetur de praesentia iniusta sententia cognoscere, & eam reuocare, quia hoc recte gubernationi conuenit. Ergo non sunt prohibiti rei ad eum supplices & quaeruli pro tali cognitione, & reuocatione accedere. Tertio ipsemet iudex superior supplicati potest ad sententia de lata, vt iterum illum recognoscat, & si inuenit iniustitiam, reuocet, & annuller. Ergo id a fortiori fieri poterit in sententia lata inferioris & ita tradit in crimine haeresis Felin. in *cap. ad abolendam n. 3. in fine. de haereticis vers. sed aduerte. Rojas sing. 19 n. 5. & seq. Dec. tr. crim. lib. 5. cap. 58. n. 5. Fatim. q. 185. de haeresi. n. 233.**

4. Verum etiam haereticis appellatio non concedatur a sententia declaratoria haeresis: & a sententia, & actibus interlocutoris omnino conceditur, tradunt omnes Doctores, vt testatur Rojas *sing. 19. Simanc. cath. inst. tit. 9. rubr. de app. n. 3. & in enchirid. tit. 65. eadem rubr. de appell. n. 2. Eymer. 3. p. direct. rubr. de appell. n. 121. & ibi Pegna *com. 31. vers. ab interlocutoris Fatim. q. 185. n. 232. Param. de orig. sanctae Inquisit. lib. 3. q. 4. n. 60.* & alij plures. Ratio esse potest, quia huiusmodi actus, & interlocutoriae sententiae ad intelligendam veritatem, an reus commiserit haeresim, procedunt. Dum ergo id certum non est, sed aliquid tergiuersatione clari potest, beneficium appellationis, non debet denegari. Debet tamen in appellatione inferri, & allegati causi appellationis, alia appellatio non subsistet, *cap. ut dicitur. cap. cum remissam. c. cum sit Romana. de app. & tradit Bonifacius de Vitalis Clem. appellanti de appellationibus, a n. 24. Pegna direct. 3. part. comm. 31. vers. n. autem Fatimac. multis exorians q. 101. tit. de variis, ac diuersis questionibus n. 158. & de haeresi. q. 185. n. 232.**

5. Hinc inferitur in sententia, seu decreto torture dari posse appellationem, quia est actus interlocutorius ad erudendam veritatem, & probat manifeste textus in *l. 2. C. de appell. recip. ibi. ante sententiam appellari potest si questionem in civili negotio habendam iudex interlocutus sit, vel in criminali si contra leges iudex hoc faciat sic tradit Pegna *loc. alleg. Simanc. in ench. viol. vel. tit. 52. rubr. de torm. n. 11. & tit. 65. rubr. de app. n. 2. Fatim. q. 185. n. 139. Clar. pr. §. in. q. 64. vers. sed quid agendum.* Verum est regulariter per appellationem a sententia interlocutoria non ligentur manus iudicis, sed possit in causa procedere torture, eo quod continet damnum irreparabile, vt cum Lancel. *tr. de attentati. c. 12. lim. 1. n. 1. probat Fat. q. 38. n. 12.* Solum excipiendus est casus, quo euidenter constat frivolum allegari causam appellationis: tunc enim omnino reiicienda est appellatio, & ad torturam procedendum, vt generaliter scripsit Follet. *erim. verbo si confitebuntur in 3. p. tertio partis post n. 50. & probat text. in c. cum appellationibus de app. in 6. vbi appellationibus frivolis nec iura deferunt, & ex textu in l. 2. ff. de app. recip. argumento a contrario sensu a verbis legis, quod in iure est effectus, cum enim lex dicat recipiendam esse appellationem si contra legem iudex faciat, effectus sane reiiciendam esse, si iuste, & debite procedat: & in propriis terminis haeresis docuit Pegna *3. com. 31. vers. quaedam autem sunt. vbi ad propositum refert. instructionem Madrilianam editam anno 1561. c. 50. quam vbi***

que seruandam esse docet, consentit Fat. *de haeresi. q. 185. n. 235.* Deinde esto iudex ad quem debeat cognoscere, an legitime appellatum sit quando dubium est, an subsistat appellatio. At in causa manifesta frivola appellatio iudex ad quo cognoscitur. Alias nunquam esset verum reuocare posse iudicem a quo appellationem, & in executione sententiae interlocutoriae procederet, sic alius relatis Fatim. *lib. 1. praxi. tit. 5. q. 38. n. 29.* Dixi, in causa manifesta frivola appellatio iudex a quo cognoscitur, quid iudex ad quem pronunciet, ne periculo exponatur grauidi iniuste innocenter in iis quae irreparabilia sunt, sic Fatimac. *q. 38. n. 30. Pegna 3. p. direct. com. 31. vers. quaedam autem.*

6. Sed inquires ad quem sit appellandum ab iis interlocutoris sententia, & quoties in causis fidei permittitur appellatio. Cui dubitationi breuiter respondeo in Hispania ad Inquisitionem generalem, qui visis actibus, & processu in senatu Inquisitionis, appellationem vt illegitimam repellit, vel illam iudicem admittendam, in Italia ad senatum Sacrosanctae Romanae Inquisitionis. At in aliis partibus credo ad Pontificem appellandum esse, quod omnino certum est, si sententia a solo Inquirente lata sit, quia a delegato ad delegatum appellatio facienda est, & super quibus, porro, de officio delegati. Imperator. ff. de app. precipians. §. huius C. de appell. & Inquisitor Sedis Apostolicae est delegatus. Si vero sententia lata sit ab Episcopo, & Inquisitor simul, cum tunc vt delegati Sedis Apostolicae procedant, ad Sedem Apostolicam provocandum est. Et idem est, cum Episcopus procedat aduersus exemptos. Quapropter solum est difficultas, quando Episcopus ratione officij, & ex iure ordinario aduersus haereticos non exemptos procederet. In quo casu Pegna *de haer. com. 31. circa medium Fatim. q. 185. n. 240.* probabilis existimant ad Sedem Apostolicam esse provocandum, cuius est causae graues terminate. At grauis est causa, quae fidem spectat Nihilominus non caret probabilitate ad Metropolitanum posse appellari, vel ad Pontificem, omisso Metropolitanum, sicut in aliis causis, iuxta *c. si duobus. de app. e. quibus. c. ad Romanam. c. 6. Neque obstat textus in c. maiores, de baptismo. vbi decidunt causas graues non nisi Pontificis auctoritate terminandas esse, quia iudicare de legitimitate appellationis, & de causa, ob quam appellatur, non est ita grauis, quae Pontificis auctoritatem expostulet, aliis neque in prima instantia ab Episcopo iudicari, & terminari possit. Si enim contumacia esset, an hoc, vel illud de fide sit, huius questionis terminatio Pontificem spectaret, vt potest summae Ecclesiae necessaria. At quando contumacia est, an aduersus fidem hic deliquerit, quae potius est questio de facto, quam de iure, deest illius non est ita Ecclesiae necessaria, quae non possit ab aliis praeter Pontificem deceri.*

7. Aduerto tamen posse Inquisitionem interposita appellatione, imò illa admitti procedere aduersus appellatorem, si ex alia causa scilicet ex alia noua haeresi fuerit appellans denunciatus, quia appellatio solum suspendit exercitium iurisdictionis in illa causa, in qua contingit appellatio, non in aliis. Excipit nisi causa appellationis fuerit suspicio iudicis: tunc enim, quia acquiritur in omnibus causis procedit, non poterit iudex reum compellere ad respondendum in aliis causis, nisi forte fuerit ad id graues & manifesta, vt ipsamet grauitate, & manifestatione reus condemnatus existat, vt probat text. in *cap. propositi de app. in finibus. index tamen, a quo appellatur, quia illi omnino suspensus est, non debet ad respondendum super aliis compellere. nisi pro crimine ad eod. graui. & manifesto, quo ipso actu merito sit aduocatus.*

PUNCTVM VIII.

De reuocatione Inquisitionis, quando fieri possit a reo.

1. Inquisitor recusari potest, tamen si multi contrarium sentiant.
2. Grauis causa ad hanc reuocationem expostulatur.
3. Quis debet cognoscere de causa recusationis.

1. Non desunt graues Doctores, qui negant recusari posse eo quod sit delegatus ad vniuersitatem causam qui ordinario comparatur, in quem reuocatio cadere non potest, vt dixit Sigismund. Scaccia *tr. de iud. cap. 67. n. 7. Menoch. de arbir. q. 37. in fine. num. 4. lib. 1. Rojas singul. 100. & in tr. de haeretic. 2. part. de priuileg. inquisit. n. 435.* At quia consuetudine receptum est reuocationem fieri, & admitti, pluresque Doctores non infimae notae sentiunt id fieri posse allegata, inquam, causa reuocationis, vt multis comprobatur Eymer. *3. part. direct. n. 130. & Pegna com. 30. Fatim. de haeresi. q. 185. n. 236. Simanc. cath. inst. tit. 17. rubr. de defensionibus reorum. n. 51. & in enchirid. tit. 65. rubr. de defensionibus. n. 26. & alij Ideo videndum est, quid in ea obseruandum sit.*

2. Primo statuum est pro certo, grauem causam ad hanc reuocationem expostulari, cum enim Inquisitionis officium, non nisi prudentia, doctrina, & virtute praeditus concedatur, praesummi non potest suspectum ex leui causa, sic Eymer. Pegna. Symac. Fatim.